

Melanagogum, est quod atram bilem educit, vide cap. 7.
Mensesmouens, est quod obstructions uteri referat, & sanguinem ab eo deducit.

Nephriticum, dicitur quod renibus familiare est; vide Diureticum.

Nervinum, vide *Arbeticum*.

Obstruens, idest oscula vasorum ocludens; hæc sunt frigida, atringentia, subleuantia crasse, austeria, & acerbata.

Ophthalmicum, idest quod oculis familiare est: vide cap. 1.

Oticum, est quod auribus familiare est.

Otolithicum, est quod dentium dolores sopit.

Paregoricum, vide *Anodynum*.

Pblegagogum, vide cap. 1.

Pneumaticum, idem est quod *Pulmonicum*, vel *Asthmaticum*.

Polybrestum, dicitur quod multis viribus poller.

Poroticum, idest callum generans.

Psilotrum, idest depilatorium.

Prarmicum, idest sternutatorium.

Pulmonicum, est quod pulmonibus familiare est.

Purgans, est quod humores e corpore, vel per os, vel per anum educit: vide *Purgantis*, cap. 1.

Pusgenerans, vide *Maturans*.

Putrefaciens, est quod acrimonia, &c. calori nativo insensissimum, eumque, vel fugat, vel eius symmetriam destruit: talia sunt mordicantia, acria, arsenicalia, &c.

Rarefaciens, idest cutis meatus referans, talia sunt, calida, moderatè sicca, substantiæ tenuis, &c.

Refrigerans, est quod frigus inducit, vide cap. 1.

Repellens, est quod humores in membra irruentes, vel nondum plane impactos repercutit; talia sunt: vel frigida humida, quæ meatus contrahunt, vel frigida sicca terrestria, aut austeria, atringentia, &c.

Reserans, idest infarctum liberans.

Resolvens, idest discutens, scilicet per insensibilem transpirationem, vel interdum idem est quod attenuans.

Sarc

Sarcoticum, idest carnem generans; talia sunt quæ extra morbum, fordes vulnerum detergunt, ne consolidationem impediunt.

Septicum, idest putrefaciens.

Siccans, idest quod siccitatem inducit.

Somniferum, vide *Hypnoticum*.

Splenicum sive *Splenicum*, vide cap. 1.

Sternutatorium, *Prarmicum*, est quod sternutationem movet, ac excrementa capitis, tum ea quæ in cerebro, tum etiam quæ circa meninges hærens, expellit.

Stomachicum, est quod ventriculo familiare est, vide *Stomachica*, cap. 1.

Stomatium, est quod ori convenit.

Stupefaciens, idem est quod narcoticum.

Sudorificum, idem est quod *Diaphoreticum*.

Vesicans, *Vescatorium*, est quo i veticas, & pustulas excitat extemam cuticulam tantum attollendo; talia sunt cantharida, sinapi, fermentum, flammula, ranunculus, & similia.

Vomitivum, idem est quod emeticum, idest per os humores educens, vide cap. 1.

Vretivum, idem est quod diureticum.

Vulnerarium, est quod intus assumptum vulnerum consolidationem iuvat.

CAPVT VIII.

De aliquorum Simplicium electionibus.

Magister. Electio quid?
Dispipulus. Electio medicamentorum est inquisitio dicitur, ac perfecta; certis, ac veris conditionibus confirmata, & eleganter ornata.

(†) (†) (†)

VI.

VIPERA.

Quasi vivipara, quia vivum foetum parere dicitur, vel viviparans dicta est: est species serpentis, serpentibus communibus venenosior, hinc in scopulis sopita delitescens, vel & terra obrepta.

Præstant femellæ, collectæ tempore verno, postquam aliquandiu à cavernis suis hybernis fuerint egressæ, victuque quadantenus refectæ. Juvenula (non effæta, nec gravidæ) quæ æblatis partibus auferendis, diu adhuc morantur, quæque degunt locis aridis, & montanis: nota quod semine habent quatuor caninos dentes

VIRES.

Viperarum usus massam sanguineam renovat, & quasi quoddam rejuvenscentia vitale balsamum inducit: unde convenit in morbis malignis, ac venenatis, in elephantiasis, lepra scabie cutumaci, in sterilitate mulierum, & infœcundis viris, in strumis, & scrophulis, in cachexia, & affectione hypochondriaca, lue venerea, aliisque morbis contumacissimis; &c. Dosis à ℥j. ad ℥j. Exiccantur abscisâ capite, & cauda, detractisque exuvijs, & interaneis exemptis, corpora sic exiccata suspensa in aëre, siccovè loco pulverentur.

MOSCHVS.

EST sanguis apostematus certi animalis, vel excrementum, seu sanies inclusa vomicæ enatæ circa umbilicum, dum veneris aëstro animal id percussitur: videlicet vomicam hanc dum dolet, ac lapides, vel arborum truncos fricat, adeoque disrumpit saniem inibi contentam effluere facit, lapidibusque adhæret.

cerc

cere, hinc calore solis vterius elaborata in Moscum odoris suavissimi faciescit. Est, & cuiusdam animalis quod vocatur *Gazzella*; sed melior est orientalis, quia animal concedit spicam nardum; aliasque res aromaticas.

Eligatur Moscus minutis glevis, vel Xylocaractæ, idest siliquatum granis consimilis, præslu digitorum liquescens, ac dissolubilis, colore flavus, ad nigredinem inclinans, pondere levis, & qui in humidum vas immisus levior evadit, quam qui gravior, substantiam oleaginosam non nihil habens; odore suavissimus, & sapore amarus, & positus super linguam statim conturbans cerebrum.

VIRES.

Calefacit in secundo gradu; siccit in tertio; attenuat discutit, cordialis est, & alexipharmacus, hinc, & cephalicus. Usus præcipui sunt in omnibus affectibus cordis, palpitatione (potus, ac illitus) spiritus nimirum vales foet, suscitât, & recreat. Dosis gr. ℥v. vel v.

CASTORIVM.

Fiber animal est amphibium; aqua; ac terra amabiens, vivens piscibus, ac fructibus, corticibusque arborum; cuius testiculi eligendi debent, qui ex vno ortu conexi sunt, liquore intus veluti ceroso, odore gravi, & virus redolent, gustu acri, mordenre, ac frabile, naturalibus tunicis circumdati.

VIRES.

Calefacit in tertio gradu, siccit in secundo, attenuat; aperit, status discutit, nervos, nervosque partes.

G

cerc

caput roborat, spiritus animales torpidos excitat, ventris resistit, sternutationem cit, anodynum est, mentes promouet; hinc proficuum est in lethargo, apoplexia, epilepsia, paralyssi, vertigine, artuum tremore, defluxionibus ad articulos, strangulata uteri, dolore colico; idque esu tum interno, tum externo. Insuper tintillus aurium, ac difficultatem audiendi corrigit (auri inditum) dentiumque dolori succurrit. Dosis à gr. j. ad v.

Et Mullerus, & Hoffmannus habent per vulgarem errorem, castoris testiculos, esse castorium, sed peculiare genus cuiusdam fucci, qui colligitur in certis tum moribus, seu folliculis ad inguina sitis. Siti sunt folliculi inter testiculos, & penem, vel anum statim sub cute, ex quibus eodem modo colligitur, ac Zibethum; abundantius quidem in maribus, parcius in femellis. H^{is} tumores reguntur membrana, in cuius medio cavitatis est, ex qua liquor, pinguedo, vel oleosa, vel serosa colligitur, & transfundat, vel arte, vel per se, qui inspissatus dat castorium.

ZIBETHVM.

Dicunt esse Cati Zibethini excrementum, seu sudorem inter testiculos concretum, vesicula in uoluitum, ex qua incita Zibethum depromitur. Reuera tamen sunt distincti testiculi à vasculo Zibethico; (ait Gervasius) nam vesicula Zibethi est folliculus membranaceus, cuti intus impactus, hispidus, & hirsutus, in medio rimam habens, & quidem sita est inter testes, & pudendum, adeo ut, sicut castorium, nullum habeat commercium cum penne, & testibus. Intrinsicus carnosa, ac dura continet granula, vel glandulas, substantia durescentes ipsis testibus, per quas glandulas transfundat istius modi liquor ab his elaboratus, quem Zibethum vocamus.

VIREs.

Calidum, & humidum est, atque anodynum. Vfus crebri in dolore colico (inungitur umbilico) in dolore ventris infantum, in strangulata uteri applicatur vulus, vel cavernula umbilici.

SPERMA CETI.

Moderna observatione, & experientia, in Cetorum captura manifestarum hoc Sperma Ceti dictum ex Cetis esse non autem quod ex partibus eorum genitalibus oriatur, sed ex capite potius eorum proveniat, & tam ipsum sit pingue cerebrum, quam oleosus cerebro circumfusus liquor. Eligatur candidum, pingue, recens, non rancidum:

VIREs.

Humectat, resoluit, anodynum est, proin vulgaris usus in coagulati sanguinis resolutione à casu, vel similiter contractu in torminibus colicis sedandis, et, & in torminibus ventris infantum mitigandis, in tussis, tartaroque pulmonum demulendo. Dosis à ℥j. ad ʒij.

MVMIA.

Communiter quatuor sunt Mumia species: Prima Mumia Arabum, quae est liquor concretus exudans à cadaveribus, aloë, myrrha, balsamoque conditis: Secunda Aegyptiorum, quae est liquamen ex cadaveribus Pissaphalto conditis, quo cadavera vilioris fortis condiebantur: Tertia Pissaphaltum facticum,

ideft mixtum picis bitumen : Quarta cadaver sub arena folis æstu torrefactum in Hammoniorum regione : Alia quinta ficticia additur ab Authore Crollio fed inrer nos non licet fieri, quare illam non recito.

Inter tantas ergo mumiæ varietates, cenfeo miu- miam, quam nobis venditant, esse illam ex quarta specie, igitur corpora integra torrefacta, cum ves- tigijs veltitum, nostris mercatoribus transfinituntur,

V I R E S.

Resolvit assumpta sanguinem coagulatum, confertur dicitur purgationi capitis, punctioni lienis, tussi, inflationi corporis, mensibus obstructis, aliisque affe- ctibus uterinis, & similibus. Dosis ad ℥ij. extrinsecus exhibetur in vulneribus consolidandis.

O S C O R D I S C E R V I.

Est arteriarum in basi cordis concursus, qui cum arate, & imprimis turgescentiæ tempore durior fit, & in os degenerat.

V I R E S.

Os cordis
Cervi in
eius d. fo-
etu quid.

Peculiariter cordi convenit, idque à malignitate rusa- tur, insodit partum, & pragnantibus mire condu- cit. In eius defectu suplere potest curnu cervi crues- dum.

C O R N U C E R V I V I R E S.

Crudum resstis putredini, malignitatem corrigit, sudor- em cit, balsamum humanum corroborat: hinc usus eius pro-

prostratus est in variolis, morbillis, febribus putridis, & malignis, aliisque morbis ubi sudore opus est. Commendatur collectum intra festivitates Virginis Ma- riæ, ideft inter 15. Augusti, & 8. Septembris.

C O R N U C E R V I V S T I V I R E S.

Vi sua siccante putredini resistit, fluxus alvi sedat, ver- mes necat, sudores cit, medicinaque infantibus fami- liarissima est. Dosis à ℥j. ad ℥j. & ultra.

E B U R.

Dentes Elephantis Ebur dicti sunt:

V I R E S.

Ebur refrigerat, & siccatur moderatè, adstringit, in- cidit, viscera roborat, albas mulierum fluxiones sistit. Ichero convenit, lumbricos fugat, diuturnis obstructio- nibus confert, stomachi dolores, & imbecillitatem abi- git; epilepsie medetur, melancholiam arceat, putredini, ac venenis resistit. Adhibetur eius limatura in infusioni- bus, quin, & pulvis in substantia exhibetur. Dosis ℥ss.

Ebur vitum ponimus pro spodio Arabum, quod nihil aliud esse ait Avicenna l. 2. canon. tract. 2. cap. 617. quam radicem alcannæ combultam, cuius vires refrig- erant, & exiccant, stypticæ sunt, confortant cor, conferunt tremori cordis, & sincopæ ex cholera su- borta. Dicitur spodium Arabum, ad differentiam spodij Grecorum, de quo vide infra.

Spodium
Arabum.



Gj

SEj

SERVM LACTIS.

Melius est sumptum ex lacte iuvenum caprarum, & nigrarum, & boni paltus, & recenter factarum: post istud in bonitate est, quod sumitur ex ovibus: & laudatur consideratum in se, si recens, si boni odoris, & boni saporis, & proprii, & non extranei, & in quo nulla cecidit corruptio.

VIRES.

Calefacit, & siccit, abstergit, alvum subducit, urinam ciet: usus crebri in infusionibus purgantibus, abstergentibus, &c. Dosis ab ℥ij, ad ℥ij.

MEL.

EST succus roris Cœlestis Apibus collectus: Galeno teste. Eligendum est Mel flavum pellucidum, odore, ac sapore iucundum, consistentia, neque crassum, ac concretum, neque dilutum nimis, omni ex parte unitum, seu continuum. Flavum succedit album, quod itidem, modò reliqua bonitatis signa ne defuerint, non contemnendum. Virtetur autem in mellis electione, saporis ararucarum texturis referus. Omnibus porò præfertur Mel virginium dictum, idest, quod novellæ apes conficiunt: colore ex flavo albicans.

VIRES.

Calidum, ac sicum statuitur in gradu secundo (albicans tamen minus calidum censetur) nutrit, abster-

git,

git, aperit, pulmonibus convenit, harinam ciet, tussim medatur, putredini resistit. Extrinsecus colorum caliginem discutit, aliisque eorum affectibus succurrit.

SACCHARVM.

Succus est plantæ cuiusdam arundinaceæ, non solum in India, Sicilia, & alijs locis, sed etiam in Hispania ortæ

VIRES.

Calefacit, hœmœliat, aperit, & discutit; prodest alvum, & vesicæ, & renibus; placat stomacho, iuvat anhelantes, frangit lapillos renum, aptum est pectori, conducit cibis odore, expellit defluxum capitis: vermes, & tineas creat in pueris; propter calorem in ventre convertitur in bilem. Colicos dolores abigit.

ALOE.

EST succus amarissimus ex Arabia, & Ægypto, ad nos asportatus pellibus involutus, explantæ ab Arabibus Sebar dicta.

Genera eius sunt quatuor; scilicet pars purissima, lucida dicta, eo quod radijs solaribus obiecta pellucida instar vitri appareat, quæ omnium est optima: (sed nobis non asportatur.) Secunda est succotrina, idest quasi succo citrina, vel à Socotra In tuta vbi copiosè crescit: huic succedit Hepatica, sic dicta quia colorem hepatis refert; hæc duo inter nos vitatissima sunt, præcipuè succotrina; & ex omnibus laudatissima est quæ pura, eximie amara, quæ etiam debet esse in primo gustu dulcis declinans ad amaritudinem, subflava, difficilis soluta, ac fractu; hinc quanto alo-

G 4

pu-

purior, amarior, flavior, tanto quoque melior est. Omnibus is succedit impurissima, grave olens, *Cavallina* dicta, quia cavallis, seu equis exhiberi debet non hominibus.

VIREs.

VIM præter purgantem obtinet, & exiccantem (in gradu tertio) calefacientemque (in gradu secundo) prorit at hemorrhoides, & menses, roborat, ventriculū, enecat, & expellit lumbricos, arceat putredinem, adstringit, consolidat, extergit, adeoque vulneraria est insignis; in tibiariū ulceribus, ac vulneribus simplicibus, non solum aloē est efficax, sed ipsa herba (vulgo zabida) recens dissecta, & superimposita, miraculosè operatur: item ipsius folia sub cineribus calidis posita per longum, & per medium dissecta, strumas per sanant: ex *Panarolo*. Dosis Aloes à ℥ss. ad ʒj.

SCAMMONIVM.

EST succus ex radice Scammonææ, plantæ lacteo succo plenè extractus, & inspissatus: optimum est quod ex Antiochia affertur, dein Armenium, Europæum omnino pravum est: Probatur quod nitidum, splendidum, instar gummi rarum, cito liquefcens, friabile, colore cum frangitur fulvo, non valde ponderosum, tactu linguæ lactescens, neque vehementer eam calefaciens, (nimirum hoc tichy mali admitti argumentum est.) Quod ab his notis recedit, & quanto magis recedit, tanto prius exiit.



VIREs.

EXpurgat caldè humores biliosos, acres, serosos, adeoque creberrimi usus est, non modo per se, sed, & cum alijs permixtum. Dosis à gr. V. ad ℥ss.

Cum magne sit acrimoniæ, intenſaque caliditatis, & siccitatis, in sensu malignitatis, mordacis flatulentia, excessivæ attractionis, adeoque aptum natum quod intestina erodat, viscera, cor, hepar, &c. conturbet, ventriculū flatibus mordacibus laceſcat, vi sua calefactoria, ac exicatoria hypercathartes introducat, correctione opus habet; de qua vide lib. II. cap. XVI.

COLOCYNTHIS.

Cucurbita quædam sylvestris est, Arabicè *Nandhal* dicitur, vnde, & nomen Trochisci Alhandal, qui ex ea conficiuntur, Persis sel terræ, vt quæ suo amarore reliquas serpes inficit. Repit per terram cucurbitæ sariæ ritu, folijs amplis, lanuginosis, samentis longis humi serpentibus, floribus ex luteo pallescentibus. Hæc poma rotunda, & amarissima, ac præcipue eorum medulla arida huius loci sunt, & sunt duorum modorum, masculus scilicet, & femina: Ex eis est masculus superquem nascitur sicut lanugo, & est gravis cum duritie, & asperitate attinens, & nigredine; & laudatur ex eis femina, & proprie habens proprietates has bonas: vt sit colocynthis grossa, & levis, & quando levior, melior: vt sit alba, & lenis, & completa maturitatis, & eius pars interior sit pulposa, & laxa, & lenis, & alba vehementis albedinis: verum quæ non est completa in maturitate, maia est, conturbat enim suscipientem eam, & ventositatem cum difficultate facit, & solvit super abundanter;

ter, & solutione educit sanguinem, & fortasse interficit, & cum sigillatur cum toto germine plantæ, vt nascatur colocynthidis vna, est illa mala, perniciofa, imò est venenum; & cum in tota regione non est nisi planta eius vna, perse nascens est mala: & quæ nascitur in terris fortibus, & pulverulentis, aut iuxta loca reptilium, aut in locis termarum colocynthidem facit minorem, & est similiter mala: quæ enim nascitur in terris laxis, & arenosis, & liberis est, quæ eligitur.

VIRE S.

Pituitam crassam, ac glutinosam ex profundioribus, & remotioribus partibus expurgat, vt ex cerebro, nervis, iuncturis, pulmonibus, vnde cum commodo exhibetur vertiginosis, hemiplegicis, epilepticis, apoplepticis scabie, lueque & cæteris afflictiis. Præterea insignem mensuram novendi vim habet. Calida est, & sicca in tertio gradu, verum ob vehementiam, ac amarorem, & quia ventriculo, ac intestinis noxia est, rarissime in substantia, & non nisi in robustis, imò decenter correcta exhibetur. Antiqui corrigebant illam cum permixtione cumini, Tragacanthi, Mastichis, Bâellij, & similia, verum moderni hæc vera corrigentia non esse aiunt. Riberius lib. 1. præcox, cap. XV. colocynthidem corrigit infusione in urina, sic enim amaritudinem deponit: tum illius vehementia infringitur, et ad 7j. tutò exhiberi valeat; sitque excellens ad omnes capitis morbos à causa frigida orjundos remedium. Alij corrigunt spiritu roris majalis, alij spiritu mellis; quidam potentius illius malignitatem corrigunt aceto cum arcano tartari impregnato, quod optimam habetur corrigens colocynthidis: Hoffmannus mediante fermentatione cum succo cydoniorum melius eam procedere posse statuit. Corrigitur etiam colocynthidis eleganter, parando ex ea extractum, vino albo acuatò cum sale ammoniaco.

TVR.

TVR PETHVM.

Quod nascitur in locis siccioribus sit gummosius, propter spissitudinem lactis eius, contrarium est contra, & declinat à proprietatibus bonis, quæ sunt septem, secundum quod sapientes scripserunt scilicet propriè, vt sit cortex eius cineritius, & planus, & sit recens, & facile frangibilis. Citrinum verò malum est, & nigrum peius; grossum non est bonum, & subtile tenue similiter: est enim debile, & antiquum malum, & quod est crispum corticis, & habet interius dum frangitur sicut nervos est sylvestre, & malum, & quod non est gummosum est debile, & ventris conturbativum.

VIRE S.

Radix, seu cortex à medulla lignosa sequestrata calefacit in tertio gradu, crassos, viscososque humores, sitè pituitam, fortiter, & à remotioribus partibus, & iuncturis elicit, vnde, & diuturnis morbis maxime conducit. In primis proficua eius usus est in arthritide, ventriculo pituita abundante, asthma, lue venerea, hydropse, elephantiasi, scabie, &c. Dosis à ʒss. ad ʒvj.

Magna est inter Authores de hac planta controversia: Serapio radicem tripoli existimat; Mesues radicem herbæ ferulacæ lacte turgentis; Actuarius modò Pitryus radicem esse putat, modò Alypum Dioscoridis, præsertim cum albeat; Nonnulli credunt esse radicem Tapfiæ, alij Scammonie Antiochenæ; sed Gardicus ab Horto plantam ab his diversam tenet. Pro eo suplere potest Radix Mechoacanna.

Ob vin agendi fortiorem fortassis Turbitis, quasi turbatorium dictum est, & ab Arabibus Terbeth, quæ vocè Phlegmagoga valentiora nominant,

Turpetum
pro eo quid
Turbitis.
Terbeth.

ME.

MECHOACANNA.


Radix est, ex Provincia Novæ Hispaniæ allata. Duplex habetur ratione loci, prima ex Mechoaca Insula affertur, altera vero ex continentente circa Nicaragua nata, quæ priorè longè præstantior est. Eligatur recens, intus albicans, extus cortice cinereo vestita, minus cariota. Appellatur etiam Mechoacan, Rhabarbarum album, & Rhabarbarum Indicum.

VIRE S.

Pituitosos, aquosos, serososque humores ex toto corpore, ac in primis ex capite, ac nervoso genere, peccioreque blandè, ac sine molestia educit. Utillimum itaque remedium est in catharris, ac inde ortis affectibus, in hydrope, in omnibus arthritidis speciebus, lue venerea, & similibus. Quia tamen calida est, & sicca, in calidis constitutionibus eius usus ne sit continuus. Dosis à ʒʒ ad ʒʒv.

IALAPPA.

Radix est exterius nigricans; interius rufescens; radici Mechoacæ similis: eligatur gummosa, & non cariota. Appellatur etiam Gialappa, Chelopa, Celopa, Ialapium, vel Galapo, Bryonia Indica, Mechoacanna nigra, Rhabarbarum nigrum, & Zagalli Tympani.



VIRE S.

Expurget validè humores noxios omnes, in primis autem serosos, idque citra molestiam. Dosis à ʒʒ ad ʒʒ.

RHABBARBARVM.

EX speciebus Rhaved aliud est, quod nascitur in India, & est Rhaved sceni; aliud est Rhaved Barbarum, & aliud Rhaved Turcinum; & melius eorum est Rhaved sceni; post illud in bonitate est Barbarum, & minus in bonitate est Turcinum; & laudatur magis ex eis, quod est subnigrum, declinans ad rubedinem, quod est grave propter raritatem suam, (id est substantia sua subtilis qua purgat ab eo non extracta, et solet per infusionem) & in quo etiam in contractis suis invenitur dilgregatio ex rufo, & glauco, & quod est croceæ; tincturæ, & quod est recens, & sine adulterio.

VIRE S.

Purgat benignè bilem flavam, pituitamque viscosam; ac tartaream in ventriculo, primaque regione stibulantem. Hepati specificè confert, adeo ut anima hepatis dicatur, curat tæterum, & quia vim queque astri toria, obtinet in omnibus morbis dissolutis, dysenteria; diarrhæa, præ alijs commendatur. Dosis à ʒʒ ad ʒʒj.

AGARICVM.

Fungus est albicans, trunco laticis adnatus; sapore prænam dulcis, mox amarus, & stypticus. Duo
2

à Dioscoride eius proponuntur differentia, Mas scilicet, & femina. Mas reprobatur, quia est nigrum, durum, densum, in fragmentum ceu villos nervorum ostendens. Femina praefertur, rotundum, album, quod quanto levius, porosius, fragilius, tanto habetur praestantius.

VIREs.

Plurimum educit tenuem, aquosam, serosam, & viscosam totius corporis. *Vrinam, ac menses ciet, calidum est in primo gradu, siccum in secundo.* Dosis à ʒj. ad ʒij.

HERMODACTYLVS.

Reperitur Hermodactyli radix alba, ruffa, & nigra sed eligenda est quae foris, & intus verè alba, gravis, compacta, quae leni contusione in pulverem farinam triticeam similem faciliè redigitur, sapore suavi, ac dulci.

VIREs.

Plurimum crassam, lentam; aliosque humores viscidos peculiariter à iuncturis efficaciter trahit; ob id articulorum afflictibus, chiragra, podagra, &c. conducit. Dosis à ʒss. ad ʒss.

ASARVM.

Melior pars plantae est radix, & melior radix, quae est grossa, & spissa, & cuius odor est subtilis, & sapor acutus cum stypticitate modica.

VIREs.

Radix, grossam pituitam, bilemque utranque per vomitum, ac nonnunquam per excessum violenter expurgat; calefacit, & secat in tertio gradu, diureticum est, ac emenagogum in signo. Hepar, lienem, vesicamque fellis aperit. Hinc vitale est in arthritide, hydrope, febribus, praecipue tertiana, quartana, in ictero, &c. Dosis à ʒi. ad ʒij.

Asarum autem crudum, vel cum vino coctum, aut cum spiritu vini extractum vomitum ciet, & alvum turbat: in aquae autem ebullitione hoc virus recedit, & mutatur in deopilarivum, diureticum, tardarum febrium remedium: Marhiolus, Helianotius, & Offmanus hoc confirmant.

SENNÄ.

Melior pars plantae eius est folliculus, deinde folia sed tamen in eis est virtus debilis valde; & melior folliculus est, cuius color accedit ad viriditatem, & sub nigredinem quandam; & in quo est de amaritudine res modica cum stypticitate; & qui est magis completus, & in quo sunt femina compressa, & ampla. Subalbidus autem non est bonus, & incompletus similiter; & meliora folia sunt viridia; subalbida verò, & tenuia, non sunt bona, & antiquum ex eo est sine spiritu, & styptices eius sunt inutiles.

VIREs.

Astos, ac serosos humores, & hinc flavum bilem, pituitamque ex capite, hepate, liene, continuatogue usu iuncturis sine noxa satis benignè educit. Excitat ta-

men nonnunquam tormina, quia ex abundantia pituita vitrea, seu mucilaginis acris eevenire nonnulli volunt. Verum alij id crudiori, ac magis terrestri senna particula, forti expressione prolecia, adscribunt. Corrigitur eum pernitiatione aromatum, quia calida, ac sicca in primo gradu, sed correctio eius elegantior est, cum permistione salium alkalium, ut sunt sal tartari, absinthij, & similitum, etiam sal vegetale. Senna enim partes quae tantummodo expetuntur, sola infusione eliciuntur, decocto autem evanescent. Dosis in substantia à ʒß. ad ʒiß. in infusione autem à ʒiß. ad ʒß.

ESVLA, SEV ALSEBRAM.

Esula herba est Linarię conformis, nisi quod hæc lacteo succo careat, quo illa gravida est iuxta verum.

Esula lactescit, sine lacte Linaria crescit.

Alsebram aliud est magnum, & aliud parvum. Magnum est malum, abscindens viscera; Parvum verò est illud quod eligitur: & melior pars plantę est cortex radicis eius, & lac eius est acutius, & fortius: & melior radix ipsius est, habens proprietates quinque bonas, scilicet cuius cortex est subtilior, & levior, & facile frangitur, & est habens de rubedine aliquid, sicut casta proprię, & super quam iam præterijt medium anni: recens verò mensis sui tamen est mala, nigra verò est perniciofa, & orta in locis terrarum similiter: & melius tempus collectionis radicis ipsius est principium veris, & lactis eius, finis ipsius.

VIRES.

Pituitam validissimè præcipue per inferiora purgat, unde, rusticorum Bhabarbarum Esula audit. Est autem acris, ignea, & erodens, adeò ut impudentium membra

rum fraudi inserviat, qui eius succo autem sibi met exulcerant scabricei specie. Corrigitur eius feritas Bdellio, Tragacantho, mucilage Psyllij: sed securius infundendo eam per triduum in aceto albo acerrimo, mox siccando, ac pulverando. Dosis sic præparata à gr. vj. ad ʒß.

MEZ EREVM.

Planta est venenosa, sic Arabibus, quasi vidifica, seu viduas faciens, aut vitam rapiens, aut Leo terrę dicta. Melius est habens magna folia, & subtilia, tenuia, & viridia, & quod oritur in locis liberis, & in vicinitate plantarum speciei eius: & quando oritur ex eo planta vna in toto ambitu loci, est mortalis: & quod oritur in locis thermarum, est sicut venenum, & parva habens folia, & spissa, est malum, & similiter habens ca cripa, & aspera, & quod est subnigrum similiter.

VIRES.

Mezerei vis est ignea, acerrima, exulcerans, mordens, febres accendens, cordis, principumque partium vires exolvens, validissimè bilem, biliosasque serositates purgans. Corrigitur macerando in aceto ut esula, reiiciendo fibras dum tertitur. Dosis post correctionem à gr. v. ad ʒß.

ELLEBORVS.

Ellebori duę sunt species, scilicet albus, & niger. Niger verò incolumior est Albo; imò minatur albus accidentia terroris: Niger verò acquirit invenefentiam, & incolumitatem, & quod ex eo magis eligitur, proprię est, cuius sapor est acutus, mordicans guttum, & habens colorem sicut asarum proprię, & quod est frangibile, & medium inter subtile, & grossum, & me-

H
dium

dium inter ponderosum, & lævem, imò plus lævis, quam ponderosus; & qui est lævis carens asperitate, & melior pars totius plantæ est radix ipsius, & melior pars radicis sunt fustes, & melior pars eorum cutis ipsorum. *Fustes, idest radícula qua à magna, & crassa procedunt.*

ELLEBORI NIGRI VIRES.

Purgat potenter humores melancholicos, & vile persequens medicamentum est omnibus affectibus inde originem trahentibus, quales mania, insania, hypochondriaca passio, elephantiæsis, herpes, cancer, quartana, vertigo, epilepsia, apoplexia, scabies, sed cautè, & non nisi robustis ob violentiam, quam exercere aptus natus est, exhibere conducit. In decocto tamen minus periculi. Corrigitur, et efula. Dosus à ℥j. in infusione autem à ℥j. ad ℥iij.

ELLEBORI ALBI VIRES.

Ob violentiam purgationis, quam per superiora, & inferiora, exercet, usum purgandi internum soli ferè elleboro nigro linquit. Extrinsecus sternutationes movet; scabies, & impetigines mundificat, & sanat lethargicos exsistat (naribus radix indita) menses proritat subdita.

CUCUMIS ASININVS.

Cucumis agrestis, & sylvestris etiam appellatur. Ex eius fructu succus expressus inspissatus, elaterium dicitur, quod in genere omne expellens medicamentum iuxta Hippocratem denotat. Eligatur vetustum, summè amarum, candidum, & leve. Vires vide lib. II. cap. VII. in Elaterio.

CAR

CARTHAMVS.

Melior pars plantæ eius est semen eius, post illud flos eius: & melius semen est, quod est album, & planum, grossum, & plenum, cuius medulla est vactuosa, pinguis, & Cortex eius tenuis.

VIRES.

Semen pituitam viscosam, ac aquas vomita, ac deiectione purgat: Confert maximè peccatori: calefacit, & siccat in primo gradu stomacho aduersatur, ideoque corrigitur, stomachicis, aniso, galanga, Zingibere, &c. Dosus in substantia à ℥j. ad ℥iij. (sed rarò ita exhibetur ob viscositatem, in infusione autem à ℥iij. ad ℥vj).

DRACVNCVLVVS.

Lvph, idest Serpentaria, est planta, quæ dicitur cololum Draconis, & ea alia est planta habens folia, alia crispa, alia plana, & radix plantæ est ad nigredinem attingens exterius, interius verò alba est. Crispæ verò exterius cineritia, intus verò alba, & ad citrinitatem declinat: & super vtriusque radicem eleuantur thyrsi, habentes maculas admodum serpentis. Melior pars totius plantæ est radix, & melior radix est grossa, completa, & orta in locis liberis: & melius tempus collectionis eius est ver, & principium ætatis.

Lapp;
Serpentaria
via.

VIRES.

Vis si calefaciendi cum diluta vini potione, cruda, cocta, & cum melle delingi potest contra orthopneas, rupta, tusim,

H2

tussum, & distillationes, pota cum vino veterem stimulat: viscera que cascote vocantur, atque phagadenica expurgat, praesertim cum vite alba ex ea, & melle collyria ad fistulas, & partus evocandos componuntur, ad vitiligines cum melle efficaciter illinitur: polypos, & carcinomata absumit.

Duo eius genera, vnum Dracunculus, alterum Arum a Dioscoride cap. 196. & 197. lib. 2. nominata. Ari verò radix, semen, & folia. Dracunculi vires habent: Plinius cap. 16. lib. 24. vbi Dragontij triplicem speciem scripsit.

Ari radices colligendæ sunt cum germinare arum incipit, Mense scilicet Martio, aut Aprilii. Appellatur etiam Loph planum.

Loph planum.

ARI VIRES EX SCHRODERO.

Calefacit, & secat in tertio gradu, tartarum precipue prima regionis, tum quoque pectoris, & pulmonum peculiariter incidit, resolvit, & discutit. Proin usus eius est creber in cachexia, asthma, &c. hernias curat, urinam citè, obstructions viscerum resolvit. Preparatur infusione, in aceto, aut vino albo macerando, mox extirpando.

BRYONIA.

Alfescera.
Vitis alba.

Bryonia, seu Alfescera, est planta quam etiam vocant vitem albam, cuius radix est terrei coloris exterius, interius verò alba: & elevantur super radicem eius stipites multarum involutionum super alias arbores. Electio eius radix est cineritia exterius, & interius alba, non albedine prioris, & vocatur Cucurbita reptilium.

Cucurbita reptilium.

VI.

VIRES.

Purgat valde serofos, & pituitosos humores. Splenetica, veterina, & icterica est, ut potè quorum obstructiones aperit; calefacit, & secat in secundo gradu. Hydropticorum aqua per vomitum, ac secessum educit, menses citè, fetum eiecit, suffocationes uteri aperit, asthma sanat; podagricis convenit, (intus, & extus.) Mulieres passionibus hysteriis obnoxias mirum in modum tuvat. Eius decoctum per clystere iniectum dolori ischiadico medetur ex Donzello. Extrinsecus presentaneum remedium ex rasura radicis Bryonia habetur ad omnes tumores ex contusione ortos; nam omnes liores, & sigillationes ex coagulato sanguine ortas curat, resolvendo sanguinem in aqueum humorem: succus eius varices curat. Dosis in substantia ad ʒj. in infusione ad ʒʒ.

IRIS.

Habens florem album debilior est in omni re: & ex eis melior cuius radix est alba participans rubedinem secundum aliquid, & grossa, & dura, & spissa, & in qua est aromaticitas sicut odor violarum proprie: & cuius sapor est acutus, mordicativus, propter acrimoniam ipsius: & habens nodos breves, & collectos. Melior pars plantæ est radix, post illam flos: & melius tempus collectionis ipsius est principium veris.

VIRES.

Calefacit, & secat in tertio gradu: Valde hydragoga est, ac errhina. Usus precipue in hydropticorum aqua educenda. Extrinsecus in impetiginibus, aliisque corporis maculis detergendis.

H 3

Cyz

CYCLAMEN, SIVE PANIS PORCINVS.

Arthanita.

Cyclamen, (*Arthanita* ab Arabibus appellata) invenitur ex eo magnum, & parvum. Magni autem radix est in modum Rapæ rotundæ, cuius pars exterior est terra nigra, interior verò alba. Parvum habet radices uberranas, plurimas in modum Avellanæ, & cicorum. Vtiumque bonum est, & competitivi Medicinæ.

VIRES.

Calefacit, & siccat in 3. potenter incidit, aperit, obsterit, eridivum est. Vtius præcipuè eius radices est in obstructis mensibus, in plendo factu mortuo, in iellero, in calculo expellendo, strumis, ac tuberculis dissecandis; vltus eius præcipuus est externus.

SCYLLA.

Melior est habens parem, sola enim sicut dicitur habet compositam ex dulcedine, acuitate, & amaritudine, & quæ splendorem habet in laminis suis, & quæ nascitur in locis liberis: orta enim in locis thermarum, aut orta singularis est mala.

VIRES.

Cal facit, & siccat in secundo gradu, saporis acris, & amari, attenuat, incidit, abstergit, discutit, putredini resistit, diuretica est, vltus præcipuè est in obstructione hepatis, lienis, meatus biliaris, mensium, urine; in muc-

muellagine pulmonum, tussis, &c. Extrinsecus in acoribus capitis, (infusa in oleo) in pernionibus.

POLYPODIUM.

Quod nascitur in lapidibus humiditatem habet superfluam indigestam, causantem ventositatem, & subersionem, & nauseam. Verum melius ex eo est quod nascitur super Arborem Quercuum, & quod est cum proprietatibus octo bonis, scilicet grossum, solidum, nodosum, declinans ad nigredinem, & ad rubedinem extus, intus verò ad colorem fistici, quod est parvum cum aromaticitate aliqua; & cuius sapor est dulcis cum stypticitate, derelinquens in gustu ex amaritudine aliquid vitio, & quod est recens.

VIRES.

Radix educit bilem adustam, & pituitam lentam, hinc vltissimus eius vltus est in obstructionibus menseseris, hepatis, ac lienis, & inde natis passionibus hypochondriorum scorbuticis. Rarò autem solum datur, sed alijs purgantibus ferè admiscetur, & quia sequitur purgat plerumque in decoctis, vel infusionibus, rarò in alijs formulis adhibetur.

EPITHYMUM.

Melius est, quod est subrumum nascens super thymum, eretése, acuti odoris. Quod nascitur in Syria, est post id, sed est minus rufum; & adhuc melius est, quod est completum, ponderosum: & meliores partes eius sunt extremitates eius grossæ, quæ sunt sicut flores: sub citrinum autem, & pallidum est minus bonum.

VIRE S.

Purgat blandè melancholicos, & serofos humores; calefacit. & siccatur in 3. gradu: usus præcipuè est in scabie, scorbis, affectibus melancholicis, in hypochondriacorum, & lienis passionibus, & obstructionibus.

MYROBALANI CITRINI.

Citrinos in quinque proprietatibus laudaverunt sapientes, in colore, ut sint citrini multæ citrinitatis declinantes ad viriditatem: & sint in pondere graves, & densi, & ut in confectis suis inveniatur sicut gummositas, & ut sint grossi, & ut cortex eorum sit spissus, densus, completens olla parva.

CHEBULI.

Laudaverunt Chebulos in quatuor proprietatibus, ut sint grossi, & quanto grossiores, tanto meliores: & sint sub nigri declinantes ad rubedinem, & sint graves in pondere, citè submersiois in aqua; & sint habentes spissitudinem corticum suorum.

NIGRI.

Myrobalani
Indi.

Nigros, quoque Indos in quinque laudaverunt proprietatibus, ut sint nigri, & contracti, densitatem habentes substantiæ, & sint grossi, & graves, & carentes ossibus.

EM

EMBLICI.

Emblici meliores sunt ex eis habentes frusta grossa, & densa, & gravia, & qui minus crescunt in ossibus, & plus in carne.

BELLERICI.

Bellerici meliores sunt grossi, & spissi, ponderosi, & densi cortice.

VIRE S.

Citrini, seu flavi bili flava educenda apti nati sunt, Inal, seu Nigri bili atra. Chebuli pituita, ac postea bili. Emblici, ac Bellerici item pituita. Dosis ab ℥ss. ad ℥j.

CASSIA FISTULA SEV CATHARTICA.

Cassia arbor procera est instar juglandis, ferens siliquas, seu cannas longas, rotundas, exterius lignosas, intus feminibus, ac medulla prægnantes. Siliquæ elegantur ponderosæ, recentes, plenæ, quæque minimè commotis intus feminibus resonent, splendentes, foris etiam, ac in pulpa pingues.

VIRE S.

Medulla, seu pulpa aluum lenit, elementerque sine torquibus feces educit, caliditate, ac frigiditate temperata; potio eius grata est pleuriticis; in venum, ac vesica affectibus, mirificè prodest; in gonorrhœa etiam ex impa-

98 *Lyocinium Pharmaceuticum, Lib. I.*
impura venere contracta, si si miscetur pulvis terabintli-
na cocta. Dosis pulpæ ad ℥iſs. infantibus ad ℥iſs.

TAMARINDI.

Tamar Indi, quasi Indi Dactyli, sic dicti, ab Arabi-
co Tamar, quod Dactylus est, non quod fructus
palme arboris sint, sed quia analogiam cum Dactylis
habent. Arbor enim tamarindifera instar fraxini pro-
cera est. Eligendi sunt recentes, nigro rufescentes,
teneri, multis villis intertexti, pingues, acidi, seu
vinosi.

VIRES.

Refrigerant, & sicant, in secundo gradu, humorum
acrimoniam, & fervorem reprimunt, bilem, ac adu-
sios humores blandè educunt, siti succurrunt. Dosis pul-
pæ ab ℥i. ad ℥ij.

FVMARIA.

Melior est, cuius herba est viridis, tenera, & eius
folia sunt plana, & tenera, & cuius flos est sub-
violaceus. Crispus verò non est bonus.

VIRES.

Calescit in secundo, siccatur in tertio, abstergit, subastrin-
git, aperit, hepatica est, ceterina, alexipharmaca,
sudorifera, diuretica, & vulneraria. Vſus præcipuè in
ciendis mensibus, & lochij: fatum mortuum expellit. Fle-
ro medetur, sanguinem mundificat, adedque, & Scabiei
succurrit. Illiusque succus ad ℥iſs. iterum ex calida be-
patia

Theorico-Practicum, Cap. VIII. 99
patis intemperie cum obstructione pori colidochi conjuncta
per aliquot dies continuatus tollit ex Riverio Cent. 3. ob-
servo. 73.

ABSYNTHIVM.

Melior est quod est remotum ab odore maris, &
quod oritur in terris liberis, & habet folia alba,
lenia, & plana. Alperum verò est malum.

VIRES.

Stomachicum est in primis: hinc hepaticum, splenicum,
aperit, attenuat, astringit, amarum est: hinc vermes
neecat, bilem educit, crapulam discutit, sudorem cit, fe-
bribus præcipuè tertianis convenit.

ADIANTHVM.

Adianthi species meliores sunt, quæ viridia habent
folia, quæ vberiores sunt secundam omnes par-
tes plantarum ipsarum. Subtiles verò & graciles, &
declinantes ad citrinitatem, non habent spiritum.

VIRES.

Caliditate, & frigiditate temperatum est, exiccatur,
attenuat, aperit, exsergit, pulmonum, renuque
citijs medetur, hepatis, & lentis obstructiones rese-
rat, urinam, & men-
ses cit.

VIOLA.

Melior est quæ primum venit, quam non invenit calor resolvens virtutem, aut pluvia eam dissipans.

VIRES.

Flos refrigerat in primo gradu, humectat in secundo; emollit, laxat, cordialis est, ac peñoralis, expectorationem promovet. *V*us præcipue ac creberrimi in bile (præcipue atra) mitiganda, in serore febrium compescendo, doloreque capitis inde nato, in tussi, asperitate guttaris, catarrhis acribus, pleuritide. Dosis ab ℥ss. ad ℥iij. flores exiccati refrigerant imbecillus, sicantque; extrinsecus addibetur herba in lotionibus, cataplasmatibus, Clysteribus, & similibus.

ROSA.

Melior est Rubra veræ rubedinis; paucorum foliorum, & planorum, & ex albis, melior est se habens similiter.

VIRES.

Rosa et variat generibus: ita & qualitatibus; in genere omnes refrigerant in primo gradu, astringunt, spiritus vitales, animalesque recreant, ac roborant. Pallida, seu incarnata, vel Alexandrie dicta laxant. Rubra, ac alba astringunt, (alba levius, rubra fortius) esus præcipue in fluxionibus, febribus, siti, appetitu prostreato, &c. Extrinsecus in vomitu, Cephalalgia, vigilijs,
dotez

dolore aurium, gingivarum, sedis, recti intestini (cum vino cocta, & imposta) in ulceribus, & inflammationibus oris, faucium, & oculorum.

Anthra exiccata immiscetur dentifricijs ad gingivarum adstrictionem, fluxionumque exiccationem.

Quoties in schedulis Rosa simpliciter invenitur Rosa Rubra intelligitur, quæ appellatur etiam Rosa Nostra, vulgo Rosa Castellana.

Rosa simpliciter.
Rosa Nostra.
Rosa Castellana.

STOECHAS.

Melior est Arabicum, & melior pars plantæ est flos, post hunc folia. Non contemnendum est quod nascitur apud nos

VIRES.

Calefacit, & siccatur in secundo gradu; attenuat, aperit, abstergit. *V*us præcipue est in affectibus capitis, & verborum; scilicet in vertigine, apoplexia, paralyti, lethargo; in morbis peñtoris idem præstat, quod Hyssopus: insuper urinam, & menses citè, venenis restitit, affectibus hypochondriacis succurrit. Extrinsecus in locionibus capitis, suffitu, &c.

HYSSOPVS.

Cuius odor, & sapor sunt acutiores; melior est: ex duabus speciebus melior est magna, & melius tempus collectionis eius est, quando prægnatus est feminibus: hoc est, cum flores intus semina ferè plena haberent, nam tunc integras vires tenet, & sic de omnibus fructibus.

cofis.

VIRES.

Calefacit, & secat in tertio gradu, partium est tenuium; attenuat, aperit, abstergit; usus precipuus est in affectibus pulmonum tartareis, tussi, asthma, &c. Extrinsecus adhibetur cerebro ad suggillationes oculorum, ad vitrum mundificandum, auriumque tinnitus tollendus, (per tritorium suffitus susceptus) ad oris absterisionem (in gargarismis)

THYMVS.

Observanda sunt quæ de Hyssope in eius collectione, ac electione.

VIRES.

Calefacit, & secat in tertio gradu, saporis subacris est; attenuat, incidit, discutit, usus precipuus est in affectibus tartareis pulmonum, et sunt asthma, tussis, &c. & artuum ut sunt podagra, &c. Omnia viscera referat, appetitum excitat. Extrinsecus valet in tumoribus frigidis, sugillationibus, inflammationibus ventris, & doloribus arthriticis.

HYPERICVM.

Colligatur quando gravidum est feminibus, quæ incet digitos refricata eos rubicundos tingunt.



VE

VIRES.

Calefacit, & secat in tertio gradu, partium est tenuium, diureticum, ac vulnerarium; usus precipuus est in vulneribus mundificandis, consolidandis, (intus, & extus) in sanguine coagulato resolvendo, in calculo renum atterendo, in lumbricis fugandis, in tremore, in partu facilitando, sit suffitus ex eo.

SEMEN CORIANDRI.

Eligatur semen granosum, quod primum halitum gravemhalat, reficatum autem suavem acquirit odorem.

VIRES.

Stomachicum in primis est, calefacit, ac secat ad gradum tertium, astringit: hinc celeberrimum in laxitate stomachi, si post cibum assumatur, claudit enim ventriculum, exhalationesque suppressit, quominus caput gravent, ructusque producant: enadè illis maximè commendatur, qui ob consensum ventriculi cephalalgia laborant.

Præparatur macerando semen per noctem in aceto, deo in exiccando

Præparatio hæc fit ob castigationem qualitatis noxiæ (crudioris, & excrementitiæ) quam tamen arelcentia amittit. Si ergò sola exiccatione corrigitur, non opus est acetii maceratione, quia sic vis feminis coriandri carminativa destruitur, acetum enim partes oleosas, volatiles, ac spirituosas figit, & in aliud eius trahit.

* * *

CEN:

CENTAVRIVM, SEVCENTAVRA.

CEntaura alia est minor, alia maior, inter quas distinguuntur proprietates notæ. Minor melior est in omni re, cuius flores, & crura colorem habent citrinum pallescentem, & melior pars plantæ sunt flores, & semina ipsius, & melius tempus collectionis ipsius, est principium ætatis.

VIRES.

Spleneticæ est, ac hepaticæ. Calefacit, ac siccatur, amara est citra mordacitatem, unde, & leniter est astringens, extergens, aperiens, vulneraria, biliosos, & pituitosos humores quam lenissimè per alvum educit, serenos per poros discutit. Hinc utilis est in febribus, ictero, menstruis suppressis, scorbuto, arthritide, lumbicis, & morbo seu canis rabidi specificæ.

ARISTOLOCHIA.

Aristolochiæ tres sunt species, longa, & rotunda, & alia longissimæ tenuitatis, instar vitis novellæ, quæ Clematicis vocatur.

VIRES.

Rotunda prestantior est; cephalicæ, hepaticæ, & pulmonicæ est in primis: calefacit, & siccatur in secundo completè; attenuat, aperit; hinc prædestinat ad tartaream mucilaginem resolvendam, expectorandamque; ad mensuræ cinulos, tumores internos ruempendos, venena discutienda. In super infusio eius valet ad scabiam excorandam, adhibetur.

sur etiam extrinsecus ad excoranda, & mundificanda vulnera.

PÆONIA DVPLEX.

Discernuntur invicem Mas, & Femina folijs, & radicibus. Mas est folijs nigricantibus, splendidis, jaglandis folia æmulantibus, radice digitali crassa, & alba, sed mas non vna radice coalescit, sed plures habet, femina variat colore foliorum, est folio utrinque virente, & glabro, calice hirsuto, flore vel simplici, vel pleno, folijs helleborum æmulatur, radicibus, ceu balani longiores circiter octo, aut sex adherent. Mas plures habet. Radix effodienda est vere, Luna decrescente (tertia die antè novilunium) alij effodiant sole existente in Cancro, dieque, ac hora solaribus, luna decrescente, flores colligendi sunt Maio, semina Augusto.

VIRES.

Calefacit, & siccatur in secundo gradu, saporis est subdulcis, ac subacris, seu amari; subastringit. Usus præcipuè est in affectibus cephalicis, epilepsia, incubo, &c. Vterinis, mensibus obstructis, lochijs purgantibus, doloreque post partum mitigando, hepatis obstructionibus. Extrinsecus suspenduntur grana, ac radices de collo pro arcenda epilepsia.

COCCVM BAPHICVM.

Granum Insectorium, aut Chermes ab Arabibus. Est Granum fructus arboris habentis ramos, ac folia parva spinosa, & dentata. Eligenda sunt grana rubicundo nigra, integra, vermiculata in se continentia; Chermes.

VIRES.

Cardiacæ sunt grana, Calefaciunt, & siccant, astringunt, vapores tetros discutunt, spiritus vitales reficiunt parturientibus subveniunt, & vneratis nervis medentur, morvillos erumpere faciunt.

CHINA CHINÆ.

EST cortex non absimilis cortici junioris quercus, saporis amari, & paululum ingrati.

VIRES.

Calida est, & secca, vim habet aperiendi, discutendi, attenuandi, resolvendi, putredinem arcendi, & totum roborandi. *Vsus est in debellandis febribus intermitentibus.* Dosis à ℥ss. ad ℥ij.

Appellatur etiam Gentiana Indica, Loxa, Cortex Peruvianus, Pulvis Indicus, Americanus, Peruvianus, Iesuiticus, & de Lugo: Kinkinna, Chinacanna, Antiquarticum Peruvianum, & Palo de calenturas.

CHINA RADIX.

ELigatur quæ exterius est colore rubente; aut sub nigro, interius candicante, aut subrubente: & hæc, quod nigrior eò melior. Occidentalis colore est interius magis ruffo, nec vna, nec altera sit cariola.



VIRES.

Calefacit leniter, siccatur in secundo gradu, solas virginit, est Diaphoretica, discutiens, aperiens, hepatica, hinc convenit, in coæctia, hydropo, paralyfi, artiritide cephalica, & Hero, hinc venera, tumoribus sarrhoftis, & adenatofis. Dosis à ℥j. ad ℥ij. fulfici ℥j. vel ℥ij. pro ℥ij. aquæ

SARSA PARRILLA.

Nomen accepit à similitudine quam cum smilace aspera apud nos Zarcaparrilla audit. Triplex est, prima quæ ex Nova Hispania adfertur, quæ est candidior ad pallorem tendens, & graciior: Secunda ex Provincia Honduras, quæ cinerea nigrior, & crassior, priorique melior est: Tertia ex Provincia Quitto, locis vrbi Guajaquil vizinis (vnde Zarcaparrilla Guajacillana dicitur) quæ ex cinereo nigricans, maior, & crassior adhuc est cæteris. Elligenda est radix lignosa, prælonga, fibrosa, vniiformis, coloris aliquantulum nigri, recens, non cariola, gravis, flexilis, nec frangibilis.

VIRES.

Calefacit, moderatè siccatur, partium est tenulum, sudoriferæque. *Vsus præcipuè est in hinc venera, quam speciosè curat, in catarrhis, atque inde natis affectibus, v. g. Artiritide, &c.*

SASSA FRAS.

ARbor est prægrandis, nascens in Florida, folio cuculneo, cortice ex fulvo nigricante, aliquantulum

108 *Tyrocinum Pharmaceuticum, Lib. I.*
acri sapore, sed aromatico, odore sceniculum redolente. Melior pars eius est radix, & melior pars radice est cortex.

VIRE S.

Cortex calefacit, & siccit ad gradum tertium; lignum calefacit, & siccit ad secundum; attenuat, aperit, discutit, sudores movet; usus precipue est in omnium morborum genere, presertim in obstructionibus tollendis, partibus internis roborandis, in sterilitate emendanda, & venerica lue curanda, Instar Banacee in catarrhis habetur.

CONTRATERVA, SEU RADIX
Bezardica.

Est radix, Iridis, vel Cyperi radicibus non absimilis. Bauhinus vocat Cyperum longum odorum Peruvianum. Eligatur densa, non cariola, quae aromaticum quiddam sapit cum acrimonia coniunctum.

VIRE S.

Calida est in secundo gradu, alexipharmaca, & sudorifera, praestantissimumque remedium adversus omne venenum, cuiuscumque sit generis, (excepto Mercurio sublimato) vomitione id rejiciens, aut per sudores evacuans. Sed, & amatoria pocula expulvere hausto, educi ferunt. E ventre etiam animalia pellit. Quin, & in peste felix eius usus compertus est, ut & morbillis nigris, & variolis. Dosis ʒj.

(†) (✱) (⊖)
)o()o(

AGAs

AGALLOCHUM, SEU LIGNUM ALOES

Optimum est nigro purpureum; & venis cinerei coloris interfectum, amarum, ponderosum, liquorem si prunis, candenti ve ferro imponatur, exudans; suavem, ac acidulum tumum, si incendatur prebens, bullulasque simul post se relinquens, haud ita facile disparans: his adde, haud postremum bonitatis signum, si aqua coniectum subfideat. Appellatur etiam *Xyloaloes*.

Xyloaloes

VIRE S.

Calefacit, & siccit in secundo gradu, confortativum est omnium viscerum, ac precipue cerebri, cordis, ac ceteri; spiritus vitales, ac animales recreat: hinc medetur *Lypothymia*, amaritudine sua lumbricos necat. Externe creber eius usus est in cucuphis, & epithematibus cordialibus.

SANTALVM LIGNVM.

Svb nomine fantali varia Ligna ex India ad nos transportantur. Praestantissimum est Citrinum; succedit Album, infimas tenet Rubrum, plane inodorum. Eligendum est citrinum suabiter fragrans, magis nam habens medullam, grave, nodosum; huius in defectu recipi potest Album.

VIRE S.

Refrigerant in tertio (alij in secundo) siccant in secundo, aperiunt, hepatica sunt, ac cardiaca. Usus precipue

cipue est in hypotymia, palpitatione cordis, obstructione hepatis, &c. Extrinsecus in catarrhis, cephalalgia, vomitu, hepatis intemperie calida. Santalum rubrum magis refrigerat, ac astringit, quam reliqua.

GALANGA.

DVÆ sunt species: maior scilicet, & minor. Maior, radice crassiore; rubra minus odorata, &c. Minor, radice tenuiore, nodosa intus, & extra rubescente, sapore acri instar pipetis, odore suavi. Radix, quæ eligenda est saturatè rubra, ponderosa, bene odorata, saporis acris.

VIRES.

Stomachica est, cephalica, ac uterina; calefacit, & siccat in tertio gradu, saporis est acris, incidit, & aperit. Vsus est in cruditate, ac inflatione ventriculi, vertigine, uteri obstructione, aliisque totius corporis affectibus à frigiditate, ac flatulentia oriundis. Extrinsecus commendatur ad roborandum caput (in errhinis)

ZEDOARIA.

Radix est. Eligatur odorata, albida, amara, ponderosa, non cariola.

VIRES.

Calefacit, & siccat in secundo gradu, incidit, status discutit, amarissimi est saporis, ac alexipharmaca. Vsus præcipue est in doloribus colicis, atque ventriculi: antimatum tencinatorum moribus opitulatur, henteriam sistit,

fit, vomitiones reprimat, mensis ciet, suffocationi uteri efficaciter succurrit, alvi tanquam quascumque enecat, Doct. 3j.

ZINGIBER.

Planta est in Troglodytica Arabia magna ex parte nascens. Radix est herbæ, graminis modo serpens, candida, odorata, pipetis sapore, & viribus.

VIRES.

Calefacit potenter, sed non primo statim occurso, adeoque partium est crassorum, earumque non terrestrium, sed aquearum, & consequenter humectantium: aperit, incidit, attenuat, confert ventriculo, thoraci, aliisque visceribus, appetitum, prostratum excitat, putredini, ac malignitati humorum resistit.

PIPER.

Arbusculæ in India nascentis fructus est, quæ inter initia (ve ait Dioscorides) prælongum fructum, veluti siliquam, quod piper longum vocamus, præfert: habet intus aliquid tenui Milio simile, quod dehiscentibus siliquis racemorum in modum prodit. Eorum grana acerba candidum piper vocantur: matura verò, piper nigrum. Nigrum eligi debet recens, gravissimum, plenum. Candidum præfertur, non rugosum, candidum, & grave. Longum optimum est, quod dum frangitur, solidum intus conspicitur, & compactum, gustu acerrimo, linguamque mordens.

Piper simpliciter dictum, piper nigrum intelligitur, quod etiam appellatur *Melanopiper*.

Piper simpliciter quid.
Melano- piper quid.

Leuco pi-
per.
Macro pi-
per.

Piper album appellatur etiam *Leucopiper*.
Piper Longum appellatur etiam *Macropiper*.

VIREs.

OMnia piperis genera aduersus venenum valent. Lon-
gam præcipue dolore colico medetur, eo quòd calefa-
ciat, & crassos humores incidat. Album magis astringit,
& stomachum confirmat. Nigram ad condimenta vtilius:
in super grana quinque, aut sex piperis integra, quinque
boris ante prandium deglutita, ruclum acidum tollunt,
& appetentiam collapsam excitant: obseru. 37. Anonymi
Riuero Comm.

CARTOPHYLLVS AROMATICVS.

FRuctus, seu si mavis, flos est aromaticus exoticus,
folijs radijs induratus, & nigrefactus. Eligendi sunt
Caryophylli fragrantès, oleosam quandam humidita-
tem premendo exhibentes.

VIREs.

Cardiacum, cephalicum, ac stomaebicum in sine exhibent,
calfaciunt, & sicant in tertio gradu, discutunt. Hinc
profens in hypothyria, odontalgia, cruditate ventriculi,
vertigine; arcant quoque morbos malignos, utrimos, &c.

CINNAMOMVM.

Cortex est arboris cuiusdam exoticæ eiusdem nomi-
nis. Roseum, siue exinereo vinosum colorem
contrahit Cinnamomum ex solis calore, cui cor-
tex detractus exponitur: non probè idem paratus,

CAR.

candicans, siue cineris colotis fit, nimis verò ardo-
ribus solis combustus, niger.
Probatur subrubrum, odoris fragrantissimi: saporis sub-
astringentis, & acris.
Appellatur etiam *Cassia*, *Cassia lignea*, & *Xylocassia*,
& *Canella*.

Cassia:
Cassia lig-
nea.
Xylocassia
Canella.

VIREs.

Calefacit, & siccat, aperit, discutit, menses, & par-
tum æstuat, omnia viscera, spiritusque singulas re-
creat, coctiones iuvat. Vjus eius frequentissimus est in
virum imbecillitate, hypothyria, capitis, ventriculi,
& ceteri affectibus frigidioribus.

CARDAMOMVM.

Cardamomi duæ sunt species; Minus scilicet, & Ma-
ius. Eligitur vtrunque, quod est irangenti contu-
max, plenum, oclusum, & caput odore tentans,
gustu acre, & subamarum. Cardamomum simpliciter
dictum intelligitur cardamomum minus ex Mathiolo.

Cardamo-
mum sim-
pliciter
quid.

VIREs.

Vtrunque calfacit, & siccat (maius in secundo gra-
du, minus in tertio) partes principes recreat, atte-
nuat, status discutit, coctionem iuvat, pro in conduci-
lis eorum vsus est in affectibus capitis, ven-
triculi, & in primis
& ceteri.



CRO.